

7563—7578 in crypta q. d. *la grotta delle vipere* ex ipsa rupe excisa et in templi speciem fabricata, quae est extra Cagliari ad viam quae dicit per vicum S. Avendrace. Imaginem cryptae dedimus in Ephemeridis epigr. vol. IV ad p. 484; descriptionem Vincentii Crespi inde repetimus: 'In fronte aediculae duae erant columnae, quarum cum ipsae perierint capitulorum fragmenta superant formae Romanae; utrumque vero adhuc extant singulae parastatae, quibus epistylum innititur zophoro ut ita dicam auctum, qui undique cinctus ora guttulis distincta medius ornatus est fastigio, quod cum epistylum parastatis incubet ipsum columnis suffulciri videtur. Inferior monumenti pars cum vi adhibita plane eversa sit, tamen cum intus haud dubia antiqui pavimenti vestigia appareant, columnarum altitudo certa ratione demonstrari potest. Ad pronaum per scalas aditum fuisse, etsi ipsarum nihil superest, et loci natura docet et huius cum aliis monumentis vicinis comparatio; nec minus ipsa columnarum mensura in causa est, cur in fundamentis sat amplis eas positas fuisse statuamus. Epistylum quod una cum zophoro optime conservatum est, quippe vivo saxo excisum, duas fascias habet alteram alteri imminentem, quibus quae superinecta est stria paullo latior titulo dedicatorio (n. 7563) inscripta est. Fastigium urceolo et patera ornatum utrumque ad metoparum similitudinem singulos habet serpentes inter binas aras exsculptos, quae triglyphorum loco sunt. Capitulorum supersunt abaci mutili, quorum alteri pulvini volutaque aliquid adhaeret cum acanthi foliolis. Vestibuli sive pronai parietibus inscriptiones Graecae Latinaeque incisae sunt, quarum quae ingredienti adversa est acanthi foliis ab ceteris seiungitur. Sub hac inscriptione quae fuit olim porta ad angustam cellulam conducebat compluribus loculis oblongis instructam, unde per gradus aliquot ad cameram ipsam sepulchralem descenditur opere coronario incrustatam, de quo praeter pauca acanthi folia Gorgonis caput superest anguibus crinitum, maximam tamen partem id manuum vi deletum. Huius camerae parietes tecto propinqua corona ambit non multum prominens, ubi vascula urnasque cinerarias positas fuisse coniecerim; infra ad dextram sinistramque loculi perlungi parietibus immissi ad defunctorum corpora integra recipienda maiorque etiam et profundior in apsida curvatus loculus in pariete medio, duobus lectis aptus, ubi dubium non est quin ipsius Pomptillae posteaque Philippi viri ossa condita fuerint (cf. n. 7575).'

7563 in epistylo extrinsecus infra aetoma litteris maximis.

OBOOS MEMORIAE · ATILIAE · L · F · POMPTILLAE · BENEDICTAE M · S · P
De vocabulo OBOOS, quae lectio certa est, et de formula M·S·P vide
infra.

7564 in epistylo interiore supra ianuam sepulcri.

D M
ATILIAE · L · F · POMPTILLAE MAMMAE OPTIMAE
M CASSIO PHILIPPO TATAE PARENTIBUS SANCTIS
L · ATILIUS FELIX ////IM//// ET l. atilius
5 EVTYCHVS LIB FECERI sibi POSTERISQ
I/FRI ////ERCI// B

Virgulis in hac et in sequentibus quantum fieri potuit hiatum spatum ita significavi, ut singulæ virgulae singulis litteris respondeant.

7565 in pariete vestibuli introeundi dextro.

VRBIS · ALVMNA · GRAVES CASVS · HVC VSQVE SECUTA
CONIVGIS INFELICIS ATILIA CVRA PHILIPPI
HIC · SITA SVM MANIBVS GRATIS SACRATA MARIT
PRO CVIVS VITA · VITAM PENSARE PRECANTI
INDVISERE DEI NE CESSES · FAMA MEREMVR

*Urbis alumna, graves casus hic usque secuta
coniugis infelicis, Atilia, cura Philippi,
hic sita sum manibus gratis sacrata mariti,
pro cuius vita vitam pensare precanti
indulsero dei: ne cesses, fama, meremur.*

7566 sub praecedente.

INDVLSERE
QVOD CREDIS TEMPLVM QVOD SAEPE VIATOR ADCRAS
POMPILLAE CINERES OSSAQ PARVA TEGIT
SARDOA TELLVRE PREMOR COMITATA MARITVM
PROQ VIRO FAMA EST ME VOLVISSE MORI

Quae dedi inclinatis, hodie absunt, adsunt apud solum Danum. —
3 PREMOR Dan., hodie ~~R~~/MOR.

*Quod credis templum, quod saepe viator adoras,
Pomptillae cineres ossaque) parva tegit.
Sardoa tellure premor comitata maritum
proque) viro fama est me voluisse mori.*

Templum dici de sepulcro quod sepulcrum est notabile, eo magis quod vocabulum insolitum (cf. Orell. 775: *templum in honorem ac memoriam Domitiae Corbulonis fl.*) reddit in conditorio iuxta positio n. 7719. Vide item quae infra monuimus de *oboo*s vocabulo.

7567 sub praecedente.

ΕΙΣΙΑΣΟΥΠΩΜΠΤΙΛΑΚΑΙΕΣΚΡΙΝΑΒ ΛΑΣΤ ΗΣΕΙΕΝ
ΟΣΤΕ ΑΚΑΙΘΑΛΛΟ ΣΕΝ ΠΕΤΑΛΟΙΣΙΡΟΔΩΝ
ΗΔΥΤΝΟΥΟΥ : ΕΚΡΟ ΚΟΥ ΚΑΙΑΓΗΡΑΤΟΥΑΜΑΡΑΝΤΟΥ
ΚΕΙΣΚΑΛΑΒΛΑ ΣΤΗ ΣΑΙΣΑΝΘΕΑΛΕΥΚΟ ΙΟΥ
ΩΣΙΣΑΝΑΡΚΙΣΣΩ ΙΤΕΠΟ ΛΥΚΛΑΥΤΩΙΘΥΑΚΙΝΘΩΙ
/ΑΙΣΟΝ ΕΝΟΥ ΙΓΟΝΟΙΣ ΑΝΘΟΣΕΧΟΙΤΙΧΡΟΝ ΟΣ
///ΓΑ ΡΗΝΙΚ ΑΤΝΕ ΥΜΑΜΕΛΩΝΑΠΕΛΥΕΦΙ ΛΙΠΠ ΟΣ
///·ΝΑΚ ΡΟΤΑΤΟ ΙΣΧΕΙΛ ΕΣΙΠΡΟΣΠΕ ΛΑΣΑΣ
ΣΤ/ΣΑΛΙ/ΟΨΥΧ/ΥΝΤΟΣ ΥΠΕΡΓΑΜΕΤΟΥ ΠΩΜ ΠΤΙΛΛ/
ΤΗΝΚΕΙΝΟΥΙΩΗΝΑΝΤΕΛΑΒΕΝΘΑΝΑ ΤΟΥ

Εἰς ἵα σου, Πώμπιτλα, καὶ ἐς κρίνα βλαστήσειν
ὅστεα, καὶ θάλλο[ι]ς ἐν πετάλοισι ρόδων
ἡδυπνόου τε χρόκου καὶ ἀγηράτου ἀμαράντου
κεῖς καλὰ βλαστήσαις ἄνθεα λευκοίου,
5 ὡς ἵσα ναρκίσσωφ τε πολυκλαύτῳ θ' ὑακίνθῳ
[καὶ] σὸν ἐν ὄψιγόνοις ἄνθος ἔχοι τι χρόνος·
[ῆδε] γάρ, ἡνίκα πνεῦμα μελῶν ἀπέλυε Φίλιππος,
[ψυχὴ]ν ἀχροτάτοις χείλεσι προσπελάσας,
στᾶσα λι[π]οψυχο[ῦ]ντος ὑπέρ γαμέτου Πώμπιτλα
10 τὴν κείνου ζωὴν ἀντέλαβεν θανάτου.

Verborum continuitas crebris lapidis rimis foraminibusque interrupta est, paucae tamen litterae ita evanuere, ut nullum supersit vestigium. — Post v. 6 spatium aliquanto maius relictum, invito, ut apertum est, poeta. — 8 ψυχήν de sua coniectura dedit Kaibel. — 9 in. 'aut ΣΤΑΣΑ aut ΣΤΗΣΑ' Schmidt.

7568 sub praecedente.

ΟΙΗΝ ΣΥ ΙΥΓΙ Η ΝΕΤΕΜΕΝΘΕΟΣΩΣΤΕΘ ΑΝΕΙΝΜΕΝ
ΠΩΜ ΠΤΙΛΛΑΝΓΛΥΚΕΡΟΥΛΥΤΡΟΝ ΥΠΕΡΓΑΜΕΤΟΥ
ΙΗΝΔΑΚΟ ΝΤΑΦΙΛΙΠΠ ΟΝΕΠΕ ΥΧΟ ΜΕΝΟΝΔΙΑΠΑΝΤΟΣ
ΣΥΝΚΕΡΑΣΑΕ ΨΥΧΗΠΠΝΕΥΜΑΦΙΛΑΝΑΡΩΤΑΘΙ

Οὗην συζυγίην ἔτεμεν θεός, ὥστε θανεῖν μέν
Πιώμπιττλαν γλυκεροῦ λύτρον ὑπέρ γαμέτου,
Ἔτη δ' ἄκοντα Φίλιππον, ἐπευχόμενον διὰ παντός
συγκεράσα[τ] ψυγῆ πνεῦμα φιλανδροτάτη.

I non fuit τοίγν. — Α συνχερασσει insculpsit lapicida Latino sermoni adsuetus.